BASILIENSIA
Basel, 1433-1434
Seite 3v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=498
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

celestis lumine. Tunc ad modum enim in firmamento oculi solem nube tectum
liberum conspiciunt qui corporeum lumen eius intueri non possunt, sic et di-
uinum radium simplicibus mentis oculis lucere impossibile est nisi velamine
sacrorum velaminum circumclausi et gratia prudentia prima qualiter et quare
quibus nos sumus. Hugo de S. Victore ibidem in glo. vii. primo de offi. mis.
ita dicit. Sapientia dei que se per visibilia manifestat volens euidenter ondere
quod ipsa cibus est animarum carnem assumpta apposuit in edulium ut per cibum
humanitatis in uitaret ad gustum diuinitatis deque per Gustate et videte quam
suauis est dominus. Totum ergo se ipsum pro nobis exhibet in cibum ut diuini-
tate nos reficiat quam spiritualiter ore comedimus ut ita de visibilibus ad
inuisibilia de temporalibus ad eterna de terrenis ad celestia de humanis ad diuina
nos transferat. Ego sum inquit panis viuus qui de celo descendi. Caro
cibus diuinitatis et panis quem ego dedero caro mea est. Caro cibus humanitatis
panis ergo angelorum factus est cibus hominum. Nam illud propheticum panem
angelorum manducauit homo. Tunc qui secundum animam cibum diuinitatis accipiunt
eam secundum carnem cibum humanitatis sumunt. Quoniam sicut anima rationalis et
caro vnus est homo. Ita deus et homo vnus est Christus. Et quia per
gustum homo morte mortuus est, per gustum quoque vitam accipiet. Tunc
ut unde morbus oriebatur inde vita resurgeret dictum a quippe de illo
Tunc quoque die comedens morte morietur. Dicit autem de isto. Quibus ma-
ducauit ephor pane viuet in eternum. Cibus ille ~~vitalis~~ Christus pependit in ligno
scientie boni et mali. Cibus ille vitalis pependit in ligno vite quod
est in medio paradisi. Illud fuit lignum morbidum. ad quod homo manum
extendit ut fieret sicut deus. Iuxta quod serpens illi promisit eritis
sicut dii scientes boni et mali. Istud est lignum obedientie in quo deus
manum extendit ut fieret homo. Iuxta quod dicit Apostolus Humiliauit
semetipsum formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus et habitu
inuentus ut homo factus obediens usque ad mortem mortem autem crucis.
Item Hugo magnus de offi. mis. ita dicit. De sapientia autem hanc cibum
contemplantur, dicit. Ps. 12. O altitudo diuitiarum sapientie et scientie dei. Et
subdit. Tunc cum dicitur in resinquere relinquat qualiter exponamus corpus
in corruptionem sit in nouitatem quatenus nouam anima nutriendam quatenus vbique

mori